Niwinski **Obligatio**

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransen. personaliter
Margaretha Merzwinska consors Nobilis Leonardi Niwinski cum eiusdem mariti sui
assistentia sana mente et corpore existens palam publice verbisque per expressis
recognovit Quia Nobili Stanislao Niwinski filio suo et eius posteris medieta-
tem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haered. Niwino
et alibi ubivis sitorum in areis hortis agris pratis campis silvis borris rubetis
aedificijs omnibus parvis et magnis et cum omnibus utilitatibus fructibus pro-
ventibusque undisque commodis nullis exceptis in summa centum florenorum polon.
hinc usque ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolu-
tionem obligavit inscripsit et intradavit sui eam eamque iuxtorum reali-
um actuali ac pacifica possessione per ministerialem regni generalem et nobiles duos quos et
quot sibi ad id facilius conducere poterit dat et admittit submittitque se idem
recognoscens suis cum successoribus eundem tenutarium suum et eius posteros toto tem-
pore tenutae eius ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumvis perso-
narum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis existentium tueri
defendere evincere eliberare intercedere pacare solusque per se et per quas-
vis submissas personas non iniuriare imo ea bona semper munda et libera
facere sub vadio simili aliorum centum florenorum polon. in defectu non evictio-
nis seu perpeditae possessionis ad solvendum succumbendo etc. Coram officio prae-
sentis castren. capitan. Bransen. in primo citationis termino praesenti peremptoria
responsione omnibus controversijs exceptionibus allegationibus excusationibus dilationibus
infirmitatibusque motionibus appellationibus ac earum prosecutionibus aliisque universaliter iuris
remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concedi solitis et
suos favores uti abscribendo et abrenunciando Insuper bonis supra
nominatis eadem praefata recognoscens advitalitatem sibi et usum fructum
eorundem bonorum reservat personali sua recognitione mediante.

Mrocek **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransen. comparens personaliter Nobilis
Joannes olim Laurentij Markowski sanus mente et corpore existens palam
recognovit Quia filius Nobilis Martinus olim Andreae Mrocek de Grabowo
ex obligatione bonorum Grabowo Wielkie sibi per eundem in summa decem
florenorum polon. modo obligatorio inscriptae ob sufficientem satisfactionem quietat in
seronem caput et de bonis condescendit perpetuis temporibus.

G. Zabinski **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis
Barabasz olim Laurentij Krzymienski de Krzymienice haeres sanus mente et cor-
pore existens palam publice et aclibere recognovit Quia Generoso Simoni Zabinski
Advocato Zbonien. et eius legitimis successoribus tenetur estque debitor certi veri et
liquidi debiti mutuataeque pecuniae summam centum florenorum polon. quemlibet florenum
per triginta grossos polon. numerando Quamquidem summam submittit idem
ipse recognoscens et se de bonis suis generaliter omnibus successores suos ad id de eisdem
bonis obligando inscribit eidem Generoso creditori suo et mediante morte illius legitimis
successoribus hinc et abhinc praesenti pro festo sanctae Margarethae virginis et martyris in anno
millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo proxime futuro parata pecunia solvere aut
circa acta officij praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ad
se ab eodem officio non recipere nec modo quovis arestare aut efficere sub
vadio simili aliorum centum florenorum polon. in defectu non solutionis protem-
pore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo etc. Coram officio
castrensi capitaneali Bransiensi in primo citationis termino peremptoria
...